

*Antinomia Iuris Feudalis.*

S I V E

Disputationes XI.

E X

*De la lib. & collegio M.  
Pucenca*

H V B E R T I G I P H A N I I I C. S V M M I,  
S A C R. C A E S A R. M A I E S T A T. C O N -  
S I L I A R I I, & c. P R A E L E C T I O -  
nibus desumptæ.

*QVIBVS, ARTIFICIOSA METHODO, ME-  
dulla totius iuris feudalis continetur: additis ex toto iure Obiectioni-  
bus, Solutionibus & Explicationibus, iisdemque certum in ordinem  
reductis ab*

EXIMIO D. Conrado Olemanno I.C.S.

OPVS IVRIVM STUDIO SIS, RE-  
SPONDENTIBVS, OPPONENTIBVS AC  
in foro versantibus, vtilissimum & apptime  
necessarium.

ACCESSIT DEMVM TRACTATVS FEVDALIS  
D. HVBERTI GIPHANII I.C. elegantissimus, breui & succincta methode sine  
omne feudorum & controuersias dilucide explicans.

Cum INDICE rerum & verborum locuplete.

*De la  
Catholice*



FRANCOFVRTI

Typis NICOLAI HOFMANNI, Impensis Iohannis  
Iacobi Porcii. 1606.





LIBER  
DISPUTATIONVM

IURIS FEVDALIS, E DN. HVBERTI  
GIPHANII IC. SCRIPTIS, QVÆ AD DVOS  
de feudis libros quondam dictavit, depromptarum;  
vna cum vtilissimis explicationibus, obiectionibus & resolutionibus Dn. Contr.

Olemanni, IC. S.

P R O O E M I V M.

S V M M A R I A.

- 1 Mens humana, sua natura ita avida, vt semper ea, qua per totam vitam sunt fructuosa & in praxi frequentia, expetatur.
- 2 Ratio naturalis omnes hmines ea, quæ ad vitam sunt necessaria, sequi docuit.
- 3 Ius feudale in Germania satis frequens, vtile & quotidianum. num. 6.
- 4 Testimonia clarissimorum virorum de huius iuris feudali cogitatione assidua.
- 5 Cause feudorum sunt graues, magniq; ponderis, præsertim in Germania.
- 7 Feuda sunt fulcra Romani Imperii.
- 8 Materia feudalis est practicabilis, ex cuius scientia nascuntur diuitie.
- 9 Vnus casus in iure feudali ad ditandum quandoq; sufficit.
- 10 Consuetudines feudales intolerabili barbarie sunt fœdæta, quam praxis huius iuris feudorum quotidiana satis detegit. num. 11.
- 12 Hæ disputaciones feudales tumultuarie sunt contextæ, in quibus magna est perturbatio secundum Duarenum. num. 13.
- 14 Feudistæ frustra laborant interdum de continuatione feudorum.
- 15 Ius feudale perturbatum quomodo à feudistis certum in ordinem redigendum.
- 16 Distributio Disputacionum feudalium hoc in libro qua & qualis.



DE IVRE FEVDORVM.

TRACTATUS LONGE IVCVNDISSIMVS AC VTILISSIMVS, IN QVO NON SOLVM DOGETVR DE ORIGINE, aure, natura, definitione, diuisione feudi, de modis constituendi, acq̄uendi, amittendi illud: sed multa etiam alia de pactis, rebus, inuestitura, successione, iudiciis feudalibus, &c. admiscetur.

PROEMIVM ET DISPOSITIO.



TRACTATIO de feudis, quam sit utilis & grauis, cum ex eo intelligitur, quod innumerabiles quotidie de iis existūt & agitantur quaestiones, cum ex eo, quod hęc tractatio sit vere de iure publico, id est, de iure Imperii, Regnorum, Principatum, iurisdictionum aliarumq; publicarum possessionum.

Ardna autem & difficilis quam sit ea disputatio, argumento sit: Primum, tanta scriptorum & commentariorum feudisticorum, & fere infinita multitudo. Deinde, quod ius hoc feudarium, sit nouum, id est, Romanis ignotum, & proinde sine certo iuris fundamento, magnam partem hauriendum & cognoscendum ex Interpretum scriptis, & gentium moribus ac institutis: quę, cum mirifice variant, consequens est, vt magna in hoc iure interpretando sit difficultas & obscuritas. Omissis autem libris feudisticis tractationem hanc in decem capita partiamur, quorum.

- I. De libris & commentariis feudisticis.
- II. De Origine, nomine, seu notione & breui descriptione feudi, hominū & aliarum eiusmodi.
- III. De feudi iure & natura, vi ac potestate.
- IV. De feudi definitione ac diuisione.
- V. De feudi comparatione cum emphyteusi, usufructu, & si quę sunt alia horum similia iura.
- VI. De pactis feudariis.
- VII. De constitutione & acquisitione feudi.
- VIII. De amissione feudi.
- IX. De feudi actione, & exceptionibus.
- X. De iudicio feudario, maxime de foro competenti, & iurisdictione eius, & de probationibus feudariis.